



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 23. Joannis Francisci Comitis de Guidiis Cardinalis mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

nalis renuntiatus, primo Albanensem, Sæc. XVII.  
postea Portuensem, & tandem sacri A. C. 1641.  
Collegii Decanus Ostiensem Ecclesiam  
moderabatur; Corrasferat ex frugalitate  
divitias, haud exigwas, quas in ege-  
nos, Religiosos, & Ecclesiastis larga ma-  
nu profudit, haud tamen immemor  
suorum Nepotum, quos in multis au-  
reorum millibus hæredes scripsit. Erat  
gloriæ percupidus, suæ profapiæ osten-  
tator, & acerrimus Cardinalitiæ digni-  
tatis assertor. Concidit tamen in ci-  
neres omnis gloriæ altitudo, postquam  
Carolus morbo epileptico correptus,  
ac trunco similis Romæ die prima Julii  
ætatis suæ anno sexagesimo tertio  
mundo valedixit.

## §. XXIII.

*Joannis Francisci Comitis de Guidiis  
Cardinalis mors.*

Eiusdem Mensis die vigesima quinta Marac. in  
ibidem æquali ætate deceffit Joan. Purp. Ma-  
nes Franciscus Comes Guidius de Bal- rian. Vito-  
ne Florentiæ natus. Hic a puero omni rell. in add.  
scientiarum genere excultus, præve- ad Ciacon.  
niente ætatem prudentia, vix decem  
& octo annos natus a Clemente VIII.  
Papa utriusque Signaturæ Referendarius  
nominatus est, paulopost eundem Pon-  
tificem Ferrariam, & Aldobrandinum  
*Hist. Eccles. Tom. LX. Pp Car-*

**Sæc. XVII.** Cardinalem ad Henricum IV. Gallia-  
**A. C. 1641.** rum Regem comitabatur. Demum va-  
 riis legationibus, & Præfecturis summa-  
 cum laude defunctus, Avenione cum  
 Richelio Cardinale, qui tum Aulæ Re-  
 giæ exosus eo confugerat, arctissimam  
 contraxit amicitiam, ac paulopost ipsius  
 a Gregorio XV. ad Ludovicum XIII. in  
 Gallias, necnon ab Urbano VIII. ad  
 Isabellam Austriacam in Belgum Sedis  
 Apostolicæ Nuntius decernebatur. Ei-  
 dem quoque Regi auctor præcipuus ex-  
 stitit, ut arma stringeret in Rupellen-  
 ses Hæreticos, a quibus tamen pre-  
 ciosa sua suppellectili spoliatus est. Co-  
 mitabatur quoque eundem Regem in  
 expeditione Italica & Gallica contra  
 Hugonotas: Anno autem Christi mil-  
 lesimo sexcentesimo vigesimo nono Car-  
 dinalis renuntiatus, Cervensem pri-  
 mum, ac dein Reatinam Ecclesias Epi-  
 scopus non modo prætiosis ornamentis  
 ditavit, sed etiam celebratis Synodis,  
 crebra visitatione, & salutaribus oppi-  
 do statutis ad meliorem formam reduxit.

#### §. XXIV.

*Ferdinandi Austriaci Hispaniae In-  
 fantis Cardinalis extrema.*

*Brachel. hist. temp. l. 6. Ciacon. in vit. Pauli V.* **H**unc pari, nimis tamen præmaturo  
 fato sequebatur Ferdinandus Au-  
 striacus